

et armlæther. Jtem Hwith famulo meo. vnum griseum equum Jtem ascero famulo meo. vnum griseum equum Jtem martino famulo meo vnum ambulatorem bkakketh [o: blakketh] Jtem arnoldo. vnum rubeum polidrum quem habet stenckel Jtem singe cursori meo vnum griseum equum quem habet idem stenckel. Jtem olauo petherson. vnum polidrum quem habet benedictus saxson in holumby Jtem nisse vnum polidrum quem habet hinzse de saxtorp Jtem stænckel. vnum bouem Exequutores autem huius testamenti constituo viros discretos dominos. petrum de ystath cognatum meum. Magnum boson. plebanum ecclesie sancti michaelis lundis et swenonem petri presbiteros. supplicans et petens humiliter vt premissa mea omnia vna cum consilio et auxilio reuerendi domini mei. domini petri archiepiscopi supradicti. ita fideliter exequantur prout anime mee saluti viderint expedire In istorum autem euidenciam. secretum domini mei archiepiscopi predicti. vna cum sigillis predictorum exsequutorum meorum huic testamento est appensum. Datum aosye. anno domini M CCC XL primo. quarta feria proxima ante diem beati gregorii pape.

*Öfverskrift:* Testamentum swenonis olaui super anniuersario suo de vna curia in holmby.

**3548.**

**1341 d. 10 Mars.**

**Reval.**

Höfdingen i Reval KONRAD PREN, Riddaren HELMOLD VON ZAGHE, m. fl. Danska Konungens Rådgifvare i Estland intyga att Mathias Esche, försedd med Konungens af Sverige bref, inför dessa Herrar och Rådet i Reval anført klagomål öfver sina gäldenärer och sin i Narva iråkade fångenskap, men deretter afvikit utan att fullfölja sina besvär.

Orig. på perg. i Råds Arch. i Reval.

Vniuersis presencia visuris et auditoris Conradus pren Capitaneus Reualiensis, Helmoldus de zaghe, Hinricus de parenbeke, Hinricus de virkes. Johannes de parenbeke et Nicolaus Risbith milites, gerhardus de toys et Røbekinus de alwen armigeri, Consiliarii magnifici principis domini.. Regis dacie in estonia salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognoscentes publice protestamur, Quod comparuit coram nobis et honorabilibus viris dominis. Consulibus ciuitatis Reualie in eorum consistorio simul consedentibus, quidam vir matias esche nomine habens litteras Illustris principis domini.. Regis swecie predictis dominis consulibus Reualiensibus directas grauter super quibusdam suis debitoribus de ciuibus eiusdem ciuitatis conquerendo, Prefati vero domini consules Reualienses eidem matie super huius finaliter responderunt, Quod quemcumque inculpate vellet si de suis consulatus sociis siue de eorum conciuibus aut si pauper vel diues esset de

eo iusticie sibi dare vellent complementum quia vniciuique tam pauperi quam diuiti de iure plenam iusticiam tenentur ministrare. Insuper eodem termino idem matias esche conquestus fuit ipsum in narwia captum fuisse, quem dominus proconsul predictae ciuitatis Reualiensis diligenter inquisiuit si pro eo suis conciuibus aliquam culpam imputaret, Qui quidem matias dixit, non, et pro eo antedictos ciues Reualiensis non inculpauit nec aliquis eorum interfuit, et sic idem matias recessit ab hinc suam iusticiam minime exequendo et erat post hec non reuersus. In cuius Recognicionis et protestacionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum Reualie Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo primo, sabbato ante dominicam qua cantatur Oculi mei semper.

Sigillen: N:o 1, Conrad Prens, och N:o 2, Helmold Zaghes, skadade; N:o 3, Henriks de Parembeke (2 bjelkar); N:o 4, Henriks de Virkes (en örn med utbredda vingar öfver en rutad tvärbjelke); N:o 5, Johans de Parembeke, likt N:o 3; N:o 6, Nils Risbits (en uppåt springande stenbock); N:o 7 och 8 borta, remsorna kvar.

**3549.**

**1341 d. 11 Mars.**

**Eskilstuna.**

GODEFRID, Prior i Eskilstuna, erkänner att han af Lagman Lars Ulfsson uppburit 411 mark penningar för det silfver, som Riddaren Ulf Gudmarsson af honom köpt.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6, f. 332. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus Frater Godefridus prior in Eskilstunum, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod recognoscimus nos, a nobili milite Domino laurencio vlfsson, Sudermannie legifero, CCCCXI \*) marchas denariorum, ratione argenti, quod Dominus Vlfpho Gudmarsson miles, a nobis emit integraliter subleuasse. In cuius recognicionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Eskilstuna, Anno Domini M. CCC. XL. I. Dominica qua cantatur oculi mei.

Sigillet har, enligt ritningen, varit borta.

**3550.**

**1341 d. 13 Mars.**

**Skön.**

ALLMOGEN i Medelpad vidimerar Arne Gefvalssons och Arne Helgasons d. 9 Febr. d. å. fällda dom öfver dem, som upprifvit Arkebiskop Peters laxaverk i Ragunda.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Ollum monnum þeim sœm þætta bræf sia æda høyra sændir aller almughin i mægelpade. *Quædiu gudz* ok sina. vær uilium ýder kunnight gæra

\*) I afskriften tecknad: 411.